



## **Svmma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Ivris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CXV. Differentia 6. Secundùm Canones longa, & longißima præscriptio non  
differunt, differunt tamen secundùm leges,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61864)

## DIFFERENTIA 6.

Secundum Canones longa, & longissima prescriptio non differunt, differunt tamen secundum leges, c. Dudum 31. de decim. c. 1. de prescript. in 6. Auth. Malæ fidei, C. de prescript. longi temp.

Galvan. 66.

I. PRÆSCRIPTIO est exceptio peremptoria ex eo nata, quod tempore legibus definito rem alienam possedisti, vel jure aliquo usus es: vel quod alius tali tempore ab usu alicujus juris cessaveris. Usucapio (quam cum præscriptione malè confundunt aliqui) est ipsa juris, seu domini acquiratio secundum leges definito tempore. Sic dicitur aliquis præscribere domum, agrum, vineam, jus eligendi, præsentandi, &c. *Gloss. in R. l. Reg. 2. Possessor.* Distingunt aliqui Interpret. quod rerum immobilium præscriptio, mobilium usucapio sit, sed in jure non habent fundamentum. Nam usucapionem etiam rerum immobilium esse patet ex *institat. tit. de usucap. & l. un. C. de usucap. transform.* similiter in rebus mobilibus præscriptio versatur. Nam quando illas usucapimus, utimur præscriptione, seu exceptione adversus dominum *v. L. c. 6. D. l. n. 4. Tamer. III. q. 1. D. 4. D. 6* His præmissis ad hanc, & sequentes differentias

II. Glossam aulculca, quæ in *c. cit. Dudum, v. Quem allegavit*: Hic, aut. aperte videtur, quod, qui allegat præscripti-

onem, debet probare titulum, ex quo habuit causam præscribendi, *arg. c. Licet, de probat. & c. Si diligenti, de prescript.* Nam secundum Canones longa, & longissima præscriptio non differunt: sed in longa præscriptione oportet probare titulum secundum leges, *l. Divulcat, C. de prescript. long. temp. l. ult. C. de usucap. pro har.* Ergo etiam in longissima eundem probare oportet secundum Canones, sed objici potest *c. Quoniam omnia, de prescript.* ubi dicitur, sufficere bonam fidem, & quod usurpari solet. Sufficit allegare titulum, non tamen oportet probare. *Respondeo*, id verum esse, quando, qui opponit, suspectus non est.

Suspicio enim aliquando omnia probandi in suspectum transfert, qui alias minimè teneretur, *v. Barbosa. in*

*c. Dudum, de decim,*

n. 10.

\* \*